



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 93. Petrus Aloysius Carafa Cardinalis moruus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. ætatis annum, a parentibus non abstrahantur. VII. Illi, qui eorum sectam durantebus hisce motibus ejurarunt, pro apostatis non habeantur, etsi ad suam sectam revertantur. VIII. Calvinistarum ædes & fundi intra hos motus destructi, atque ærario addicti restituantur, reservata tamen portione ad Catholicorum Ecclesiam ibidem construendam sufficiente. IX. Prædicantes criminum rei sicut ceteri sæculares dicuntur, nec deinceps in prima instantia coram supremis Magistratibus reprobentur. X. Integrum sit cuilibet Catholico tam in Judicio quam alibi denuntiare quemlibet Calvinistam de crimine suspectum. XI. Ad quinquaginta annis Calvinistæ ob illata damna a tributis eximantur, ita ut primo triennio nil, reliquis vero duobus annis in obsequium signum exiguam summam perdant. Verum hæc Ducis indulgentia obstinatos hosce Sectarios nequaquam ad sincerum obsequium revocare poterat.

§. XCIII.

Petrus Aloysius Carafa Cardinalis mortuus.

Clacon. in vit. Innoc. X. Vix sacra comitia, in quibus Alexander VII. in Pontificem Maximum electus

erat renuntiatus, initium sumpsere, Sæc. XVII.
A. C. 1655.
cum Petrus Aloysius Carafa Apoplexia
tactus in Vaticano Palatio occumberet.

Hic ex illustrissima Carasarum familia
natus, sexto ætatis anno Neapoli Ve-
netias translatus est, ibique sesquia-
num apud Cæsarem Carasam Patruum
suum supremum Venetæ militiæ Præ-
fectum morabatur: inde a Parente suo
Romam missus, ibidem Philosophiæ,
Theologiæ & Jurisprudentiæ operam
dabat, Doctoratus lauream emeritus:
cum igitur hic juvenis per aliquot an-
nos ingenii sui præstantia, eruditionis
varietate, singulari juris peritia, ac in-
primis pietatis fervore sese Paulo V. e-
gregie commendasset, ab eodem utrius-
que, ut vocant, Signaturæ Referen-
darius & Ferrariensis Pro-Legatus &
a Gregorio XV. Firmanæ Urbis Prætor,
ac denique ab Urbano VIII. Tricaricen-
sis Episcopus & Coloniensis Legatus re-
nuntiabatur, quo in munere multa,
præclaraque Ecclesiæ obsequia præsti-
tit; cum enim Nuntii atque Apostolici
Visitatoris auctoritate polleret, Leodien-
sem Diæcesin invisit, & Fuldensem Ab-
batiam ad pristinum vitæ Regularis
splendorem & Bullioneum Ducem a
Calvini erroribus ad fidem Catholicam
reduxit. Consumptis in operosa hac
legatione undecim annis, ad suam Ec-
clesiam

Sæc. XVII. clesiam reversus, illam variis ædificiis
A. C. 1655. & ornamentis, novoque Seminario au-
 xit, suisque **Canonicis** suoque Clero in
 quotidianas distributiones duo aureo-
 rum millia addidit: Tandem in laboris
 præmium ab Innocentio X. Purpura Ro-
 mana decoratus, pluribusque S. Co-
 gregationibus præpositus, eruditionem
 viresque suas in Ecclesiæ utilitatem
 & pauperum solamen egregie impendit.
 Evolutis aliquot Mensibus ab eodem
 Pontifice ad Bononiensem Legationem
 evocabatur, quam tamen nonnisi unius
 anni spatio administrabat, a Papa, ut
 tanti Præfulis incolumitati conuleret,
 Romam revocatus, ubi Innocentio de-
 perites, conclave ingressus est, in quo
 quidem plurium Cardinalium suffragi-
 in eum conspirabant, sui tamen electio-
 nem repentina mors prævertit, die de-
 cima quinta Februarii anno ætatis sue
 septuagesimo quarto fatis functus.

§. XCIV.

Francisci Peretti Cardinalis obitus

*Silos Hist.
 Cler. Reg.
 pag. 3.*

Eodem anno decessit Franciscus Pe-
 rettus Montaltus patria Romanus
 Sixti V. Pronepos, qui Philosophicis, et
 Theologicis scientiis excultus, ab Ur-
 bano VIII. Papa juvenis adhuc Cardi-
 nali Collegio adscriptus est. Præfuit
 post-